IOHANNES DE TURRECREMATA
Süddeutscher Raum, 1477 Seite 178r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



in opibus quia si desino bene opari morietur aia mea
et legem tuam non sum oblitus ymo iugi meditacoe illam
retinui et regulam opacionis mee
Legem tuam non sum oblitus quia licet Pctores et spus
maligni posuerint michi laqueos scilicet minas blandimenta
seculi quascumque malas psuasiones et psecuciones ut ca-
derem tamen de mandatis tuis non erraui male intelli-
gendo et contraria opando
Non erraui dico ymo Hereditate acquisiui i firma pos-
sessione quia testimonia et precepta tua hereditas mea
meternum quia in eis exultat et delectatur cor meum
Et ideo Inclinaui cor meum ad faciendum mandata tua
pseuerantes usque ad finem vite mee propter retribucionem
vite eterne ut illam merear percipe
Vox prophete in psona ecclesie
In signum quod dilexi legem tuam

Iniquos non quia homines
sed quia mali i iniquorum vicia odio habui quia
legem tuam dilexi cui ipsi aduersantur
Cum iniquos deuitem et custodiam legem Adiutor
meus ad bona facienda et suceptor meus ad mala pre-
cauenda es tu uel adiutor in pnti et susceptor in futuro
et in verbo tuo non in legem non in prophetas sed in diui-
nitatis psidium de quo nullus decipitur in quo a morte
absoluimur supersperaui
Ideo Declinate a me vos o maligni separate vos a meo
consorcio in quorum pncia diutina non valeo tenere reli-
gionem a qua vos declinatis et separatis scrutabor man-
data dei mei que michi spem prestant ac solamen
Cupio dne scrutari mandata tua et ut hoc bene possim
Suscipe me ad te fugientem tuam doctrinam cupientem